**Zeitschrift:** Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum

**Herausgeber:** Litteris Conradi Orellii et Soc.

**Band:** - (1746)

**Heft:** 2

**Buchbesprechung:** Nova literaria

**Autor:** [s.n.]

**Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

**Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

**Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

**Download PDF:** 27.04.2026

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch**

Ad quem locum Servius: *Periſſologia eſt: nam ſecundum Lucretium, unum eſt mens & animus: quamvis tamen pro Sapientia* Mens *accipiatur & Intellectu:* Animus *vero pro Voluntate.* Ut Terentius: *Mala mens, malus animus.*

Habes hic, Vir Clariſſime, quid mihi de propoſitis quæſtionibus videatur, quantum quidem iniquiora Epiſtolæ ſpatia capiunt; Neque vereor, ut qui æqui ſunt, & aliis perinde quantum ſibi ignoſcere didicerunt, in hoc meo Judicio æquitatem deſiderare poſſint. Si quis vero me in hoc Judicio falli oſtenderit, aut rectiora etiam docuerit, huic ego, quisquis etiam fuerit, facile aſſurgam, meque ab eo maximo affectum eſſe beneficio publice profiteri non erubeſcam. Vale, Vir Amiciſſime, meque quod egregie facis ama.

---

# NOVA LITERARIA.

## TIGURUM.

Geſnerorum Fr. Officina nobis exhibet egregium ac ſplendidum opus Scheuchzerianum a Doctiſſ. *Sulzero* recognitum, ſub iſtiusmodi Epigraphe: **Johann Jacob Scheuchzers**, weyland Profeſſ. der Natur-Lehre und Mathematick, Canonici in Zürich, wie auch Mitglieds der Käyſerl. Königl. Engliſchen und Preußiſchen Geſellſchaften der Gelehrten, ꝛc. **Natur-Geſchichte des Schweizerlandes**, ſamt ſeinen Reiſen über die ſchweitzeriſchen Gebirge. Aufs neue herausgegeben, und mit einigen Anmerckungen verſehen von **Joh. Geörg Sultzern**, II. Theile, 4. 1746.

cum

cum figuris æri inciſis. *Scheuchzeri* opus primum Anno MDCCV per phylliras hebdomadatim edi cœptum eſt, et ſequente anno eadem methodo continuatum: Anno MDCCVII hoc modo etiam luci expoſuit Deſcriptionem accuratam Itineris Alpini Anno MDCCIIII peracti; cui Appendicis loco adjecit Commentationem de Alpibus ac Montium dimenſione &c. &c. Præter hoc Iter Alpinum octo præterea diverſo tempore Itinera inſtituit, quorum quinque latino ſermone deſcripta exhibuit opere Lugduni Batavorum apud *Petrum van der Aa* An. MDCCXXIII quatuor Voluminibus modicis in 4to. nitide excuſo. Tria vero alia Itinera jam An. MDCCVIII juſſu Societatis Regiæ Londini vulgata ſunt. Doctiſſimus *Sulzerus*, novam hujus operis diu multumque deſiderati Editionem curaturus, eam in duas Partes diſtribuit; quarum priore complectitur tumultuarias illas Commentatiunculas An. MDCCV & MDCCVI hebdomodatim editas, paullo accuratius nunc diſpoſitas, cum Appendicibus de Alpibus & montium Dimenſione aliisque: Altera vero exhibet novem illa Itinera Alpina in compendium miſſa, ita tamen ut nihil eorum, quæ ad illuſtrandam Helvetiæ Hiſtoriam Naturalem faciunt, fuerit prætermiſſum. In recenſenda autem nova hac Editione Doctiſſ. *Sulzerus* id inprimis operam dedit, ut ſtilum Autoris populari loquendi formæ nimis attemperatum, ita emendaret ac caſtigaret, ut a quovis Germanice docto ſine difficultate poſſet intelligi: deinde ut omiſſis faſtidioſis repetitionibus et quæ ad inſtitutum minus faciebant excurſionibus, omnia

nia accuratiore methodo ac ordine diſpoſita exhiberentur: Et denique Textum Annotationibus, cum ex b. Autoris Manuſcriptis, tum ſuis etiam illuſtratum dedit, in quibus aliquando ſuum a b. Autoris placitis diſſenſum modeſte teſtatum facit: quibus omnibus præter lectu digniſſimas præfationes in fine adjecit *Deſcriptionem memorabilium, quæ ipſe in Itinere helvetico An. MDCCXXXXII obſervaverat*, nec non *Diſquiſitionem ſuam de Origine Montium*, aliarumque rerum connexarum.

Ceterum Clariſſimo *Sulzero*, præter hanc operam in illuſtrando Scheuchzeriano opere præſtitam, varias fœcundi & ſubacti Ingenii fœtus qui cupide ſunt excepti debemus, quales ſunt:

1. Kurtzer Begriff aller Wiſſenſchaften, worinnen die natürliche Verbindung aller Theile der Gelehrtheit gezeiget, auch einjeder insbeſondere nach ſeinem Innhalt, Nutzen und Vollkommenheit kürtzlich beſchrieben wird. Leipzig 1745. 8. plag. 6.

2. J. Georg Sulzers V. D. M. Verſuch einiger moraliſchen Betrachtungen über die Wercke der Natur, nebſt einer Vorrede von A. F. W. Sack, Königl. Preußiſchen Conſiſtorial- und Kirchen-Rath. Berlin. 8. plag. 6. und ein halbe.

3. Verſuch einiger vernünftigen Gedancken von der Auferziehung und Unterweiſung der Kinder. Zürich, 1745. 8. plag. 8.

Apud *Heideggerum & Socc.* prælum reliquit Operis præclariſſimi, quod Helvetiæ univerſæ jura ac Leges civiles perpetuo commentario illuſtrat; Tomus quartus ſub hac Inſcriptione: Eydgnößi-

gnößiſches Stadt- und Land-Recht, darinn der XIII. und zugewandten Löbl. Städten und Orten der Eydgenoßſchaft Stadt- und Land-Geſetze vorgeſtellet, und mit Anmerckungen erläuteret werden von Hans Jacob Leu, vierter Theil. 1746. 4. Tomus iſte, quem illuſtris Autor inter publica negotia egregie perfecit, ſequentes Titulos complectitur: 1) Von dem Recht der Perſonen zu den Sachen in Anſehung des eigenthumlichen Leihens und Entlehnens. 2.) Von den Zinſen und derſelben verſchiedner Art, auch Leib-Renten, Pfründen, Anlehn- und Leyh-Häuſern, Banco, Schiff-Wucher, Intereſſe u. d. g. 3.) Von dem Recht der Perſonen zu den Sachen in Anſehung einer gemeinſam habenden Anforderung oder Schuld. 4.) In Anſehung des Gebrauch- und auf Vertrauen Leihens oder Entlehnens. 5.) Von dem Recht der Perſonen gegen einander, und zu den Sachen in Anſehung des Wechſels. 6.) Von dem Recht der Perſonen zu den Sachen in Anſehung öffentlicher Handthierung: 7.) In Anſehung der ungewiſſen und auf ein ungewiſſes gegründeten Contracten und Verkommnuſſen, dem Loos, Spielen, Wetten, Glücks-Spielen. 8.) Von Verkommnuſſen und Contracten, die ohne beydſeitige Einwilligung, oder nur gar zufälliger Weiſe entſtehen. 9.) Von den Folgen der Verkommnuſſen und Contracten, wodurch ſelbige beſtätiget werden, abſonderlich von den Bürgſchaften. 10.) Von Pfanden, Unterpfanden, Verpfändungen und Pfand-Rechten. 11.) Von den Folgen der Verkommnuſſen und Contracten, wodurch ſelbige

bige verändert oder aufgehoben werden, und insbeſonder von denen Zahlungen. 12.) Von der Verſaumnuſs und Ausbleibung der Zahlung und derſelben rechtlicher Einforderung, auch dem Einzug der Schulden insgemein und in das beſondere. 13.) Von denen Handlungen gegen Schuldnern, welche auſſer dem Stande ſind zu bezahlen und derſelben Verrechtfertigung bey Auffählen, Ganten, Gelds-Tagen, Fallimenten und Concurſen der Creditoren.

Francofurti ad Mœnum typis exſcribuntur Viri plurimum Reverendi atque Doctiſſimi SOL. MORFII, noſtratis, Meditationes ſacræ in præcipua Doctrinæ Evangelicæ Capita: Prodiit ſuperioribus diebus prima Libri Sectio hujusmodi Titulum præferens: Die Erkenntniß der Wahrheit zur Gottſeligkeit, oder pracktiſche Abhandlung aller Evangel. Glaubens-Lehren, nach ihren hiſtoriſchen Umſtänden, Weisheitsvollen Geheimniſſen, troſtreichen Nutzbarkeiten und H. Verbindungen, aus dem Geheimnis der hochheiligen Dreyeinigkeit hergeleitet, nach der Ordnung der Chriſtl. Feſte ausgeführet, und durchgehends mit dienlichen Gebetern begleitet, wozu am Ende ein vollſtändiges Regiſter kömmt: Zur Beförderung der allgemeinen Erbauung herausgegeben, von Solomon Morff, Helveto-Tig. Hof-Prediger bey der jüngern Hochfürſtl. Frauen Wittib in Siegen. in 4. Integrum opus tribus Sectionibus, quarum ſingulæ circa L foliis conſtabunt, in lucem edetur: Prima Sectio, quæ nunc lucem adſpexit, comprehendit 1.) Introductionem ad medi-

meditationes feſtales. 2.) Meditationes ad S. Nativitatis Chriſti Feſtum. 3.) Meditationes ad Vitam Chriſti. Non dubitamus, hujus Libri lectionem ad cognitionem Veritatis, quæ ſecundum Pietatem eſt, promovendam multum conferre poſſe.

Nemini non cognitum eſt egregium ac ſplendidum opus, quod ante paucos annos nobiliſſimus Chalcographus B. PICART non ſine maximis ſumtibus aggreſſus eſt, atque etiam feliciter perfecit: Quo nitidiſſimis æneis tabulis omnes omnium univerſi terrarum Orbis populorum Ritus ſacros ac Ceremonias in Cultu publico adhibitas quantum fieri potuit ad vivum repræſentavit, atque etiam commentario luculentiſſimo, qui deinceps in varias Linguas transfuſus eſt, illuſtrandas curavit: Quoniam vero hoc opus, quamvis ingenti pretio comparandum, cupidiſſime fuit diſtractum, ita ut jam quædam operis particulæ prorſus deficerent, nullo ære redimendæ, præclarus urbis noſtræ Chalcographus DAVID HERRLIBERGER, *Picarti* quondam diſcipulus, idem Opus de novo aggreſſus, Commentario hiſtorico in germanicum ſermonem translato atque in compendium redacto, præteritis omnibus quæ Sectæ aliquod ſtudium proderent, ita fervide opus urſit, ut jam tertia univerſi Operis pars, in aliquot Sectiones diviſa, et omnium populorum Chriſtianorum Sacros Ritus complexa, modico et parabili pretio haberi poſſit: Titulus hujus Partis hanc præ ſe fert Inſcriptionem: **Gottesdienſtliche Ceremonien, oder H. Religions-Pflichten und Kirchen-Gebräuche der Chriſten: In ſchönen Kupfer-Tafeln, nach des berühmten Pic-**

Picarts Erfindung vorgeſtellt durch **David Herrliberger**, und mit einer zuverläſſigen hiſtoriſchen Beſchreibung erläutert. In VII Ausgaben abgetheilt, welche alle bey den getaufften Chriſtlichen Völckern vorkommende Partheyen und Seckten begreiffen, Zürich 1746. fol.

Poſtridie Synodi vernalis more recepto publice in Cœtu Miniſtrorum agitata eſt Diſputatio ſub Præſidio Viri Venerandi, Celeberrimi J. JACOBI LAVATERI, S. Theol. Prof. Reſpondente *Henr. Vögelino*, V. D. M. Aſſumente, *Caſparo Schauffelbergero:* Cujus Diſputationis argumentum præcipuum erat, *de Vocatione externæ ad Miniſterium Eccleſiaſticum.* Clariſſ. Autor in hac Diſſertatione lectu digniſſima tria agit potiſſimum: 1.) Neceſſitatem Vocationis externæ ad rite fungendum miniſterio eccleſiaſtico demonſtrat. 2.) De Jure vocandi Miniſtros Eccleſiæ, & de officiis illorum, a quibus jus hoc exercetur, quædam graviter monet. 3.) Ipſum rei caput aggreditur, atque pie pariter ac docte diſſerit de ratione et modo, quem illi, qui ad Miniſterium eccleſiaſticum adſpirant, circa petendum quærendumve aditum ad ſacri hujus muneris poſſeſſionem obſervare, nec non de vitiis contrariis, quæ evitare debent, quo Vocatio illorum externa bona ac legitima haberi poſſit, qua occaſione etiam de Simonia ita dicta ex profeſſo agitur.

Prodiit etiam typis exſcripta hiſtorica narratio Converſionis Judæi dicti *Jachiel Hirſchlein*, qui poſt editam Chriſtianæ Fidei Confeſſionem die XXVI Maji MDCCXXXXVI in Templo Cathe-

 drali

draki ſacro initiationis lavacro in gremium chriſtianæ Eccleſiæ adoptatus eſt, ſub Titulo: Nachricht von einem in der Wüſten herum geloffenen, nun aber von dem Ertzhirten Jeſu Chriſto auf den rechten Weg und zu ſeiner Herde gebrachten Schaaf des Hauſes Iſraels. 4. plag. 2.

Illis, qui ſtudia mechanica in uſum vitæ civilis fovent ac promota cupiunt, notum facimus nuper prodiiſſe hocce ſcriptum: Der Trottbaum in einem Cubic-Schuhe: Das iſt: Eine ſolche compendioſe Trauben-Preſſe, vermittelſt welcher, ob ſie ſchon nach ihrer eigentlichen Gröſſe keinen mehrern Platz erfodert, als $7\frac{1}{2}$ Schuh in die Länge, $4\frac{1}{2}$ Schuh in die Breite, und 8 Schuh in die Höhe; dennoch jede 4 und 3 Stunden die Trauben zu 5 Saumen Weins, hiemit in Zeit 16 und 15 Stunden 20 bis 25 Saum, und ferner im Fall der Noth in Zeit 24 Stunden noch die Helfte mehr mag ausgedruckt werden; wie ſie auch zu anderm Preßwerck gantz vortheilhaft einzurichten iſt: Durch vielerley Experimente bewährt erfunden, von jemand dem für ſeinen Zeitvertrieb die MechanIC Beliebt. 4. plag. 1. cum figura.

Prodiit quoque Autore Viro pl. Reverendo atque Doctiſſ. J. R. *Zieglero*, Ludi Abbat. Magiſtro digniſſimo, brevis Diſquiſitio de Tritico hinc inde, ut communis fama ferebat, e cœlo delapſo: Unterſuchung des Korn-Regens, von welchem vielfältige Berichte eingeloffen in Mitte und gegen dem Ende des Brachm. 1746. 4. Atque docet hoc Scripto putaticium hoc triticum cœlitus delapſum merum ſomnium; neque aliud quid aut diver-

verſum eſſe, quam gemmas aut radiculas Chelidonii minoris.

Idem Vir Doctiſſimus & de re Scholaſtica præclare indies merens dedit quoque in uſum privatæ Inſtitutionis Tabulam Synopticam Formationem Verborum græcorum in Ω breviter ac dilucide explicantem, quæ cum Terminationes Temporum per omnes formas & conjugationes; tum Perſonarum inflexionem et Participiorum motionem ob oculos ſiſtit, & Grammaticorum hac de re Doctrinam in compendium mittit. Memorabilis eſt Subſcriptio, quæ ita habet: „ JOH. „ HENR. ZIEGLERUS, Literarum atque Artium „ admirator, et ex parte indefeſſus Cultor, Le„ ctionum in Collegio publico trium vel quatuor „ Auditor, omnibus vitæ miſeræ ærumnis, quas „ annos XVI, menſes VI, dies XI perpeſſus eſt, „ defunctus, die V Kal. Majas MDCCXXXXV „ Typum hunc Litteris ORELLIANIS conſtruen„ do Typographiæ experimentum q. poſtumum „ fecerat, quod perficiendo Monumentum fra„ ternæ pietatis eſſe voluit CASPARUS ZIEG„ LERUS, Typographicæ artis Cultor. „

Fidem ſuperiore Sectione datam nunc ſolvam, atque ſingulorum Capitum, quibus der Mahler der Sitten ex nova recenſione ac diſpoſitione conſtat, indicem exhibebo. Volumen I hæc argumenta explicat. 1.) Von der Schwierigkeit jedermanns Beyfall zu erhalten. 2.) Von der Annehmlichkeit tugendhafter Handlungen. 3.) Von dem Einfluſs der erſten Auferziehung. 4) Verſchiedene Begriffe der Menſchen von der

Glückſeligkeit. 5.) Von dem Mangel, den Deutſchland an einem Boileau hat. 6.) Von der Neugierigkeit in Glaubens-Sachen. 7.) Das Reich der poetiſchen Luſtbarkeit. 8.) Einfluſs der Exempel auf die Kinder. 9.) Vortheile des Umganges mit ſich ſelbſt. 10.) Geſpräche des Pluto und Diogenes mit zween deutſchen Roman-Helden. 11.) Die Auferziehung und Sittenlehre einer Beauté à la mode. 12.) Von denen, die mit dem Gemüthe abweſend ſind. 13.) Von denſelben. 14.) Von der Eitelkeit derer, die ihr Anſehen von den Kleidern entlehnen. 15.) Von Geſpenſtern. 16.) Wider das Chartenſpiel. 17.) Lob des mittlern Stands zwiſchen reich und arm ſeyn. 18.) Von den lezten Reden der Sterbenden. 19.) Geſicht von Ithuriels Speer. 20.) Von der Beſcheidenheit, der Niederträchtigkeit, der Demuth. 21.) Lob des einſamen Lebens. 22.) Gerichte in dem Felde der Wahrheit. 23.) Uebereinſtimmung der Mahler und der Scribenten. 24.) Hecatiſſen Schreiben über die ungewiſſen Begriffe von der Schönheit der menſchlichen Geſtalt. 25.) Nichtigkeit der Hoffnung ſeinen Nahmen zu verewigen. 26.) Die Arbeit, das beſte Gewürze der Speiſen. 27.) Tagregiſter der Einfälle eines jungen denkenden. 28.) Gegen die Reimen. 29.) Daſs es den Frauensperſonen erlaubt ſey zu leſen. 30.) Auf die geſchminckten Angeſichter. 31.) Des Poſidippus Schilderey von dem Elende des menſchlichen Lebens. 32.) Von den Wortſpielen. 33.) Von Flitter-Gedancken und Zweydeutigkeiten. 34.) Von den genäheten Spitzen. 35.) Von der ſocratiſchen Lehrart. 36.) Von der Gelehrtheit in ſchlechten und unnüzen Dingen. 37.) Von den Bezau-

Bezauberungen der Schönen. 38.) Von den Regiſtern. 39.) Von dem Vergeſſen der Sterblichkeit. 40.) Condolenz-Schreiben wegen des Neuen Jahres. 41.) Von den Bärten. 42.) Von dem Unterſchiede der hiſtoriſchen und moraliſchen Charackter. 43.) Geſpräche der Todten wider die Unerſättlichkeit der Länder-Bezwinger. 44.) Von der Kunſt zu leſen. 45.) Scherze über die hohen Kopfaufſäze der Frauens-Perſonen. 46.) Warum die unruhigen und ſelbſt die traurigen Stücke in der Hiſtorie am meiſten gefallen. 47.) Ob eine vollkommene Freundſchaft ſeyn könne. 48.) Bericht, den ein Complimentier-Teufel in der hölliſchen Verſammlung ableget. 49.) Von dem Trinken auf anderer Geſundheit. 50.) Betrachtung der vernunftloſen Natur. 51.) Von den aeſopiſchen Fabeln. 52.) Von der Gefälligkeit einer Frauen gegen ihrem Ehmanne. Voluminis ſecundi argumenta ſunt hujusmodi. 53.) Von der Eiferſucht. 54.) Von Reitkleidern der Frauens-Perſonen. 55.) Beurtheilung der Meiſterſtücke Benjamin Neukirchs. 56.) Betrachtungen über das Syſtema des Franz. Finanzenrathes Laws. 57.) Parodie der IX. Satyren des Boileaus. 58.) Vertheidigung des Frauenzimmers gegen die Beſchuldigung der Leichtſinnigkeit. 59.) Vom Miſsbrauche des väterlichen Anſehens. 60.) Von den Kirchenſtänden des Zürcheriſchen Frauenzimmers. 61.) Ueber die Mode, daſs die Mannsperſonen anfallen, die Frauensperſonen ſich vertheidigen müſſen. 62.) Von denen, die auf anderer Leute Wort ſchwören. 63.) Entſchuldigung des Zürcheriſchen Frauenzimmers wegen ſparſamen Gebrauchs der Knickfüſſen. 64.) Moraliſches Tag-Buch der nüz-

lichen Verrichtungen eines Menſchen. 65.) Vom Tragen der Degen bey friedlichen Geſchäften. 66.) Beurtheilung der Hofmannswaldauiſchen Liebes-Briefe. 67.) Die Kranckheit leckerhafter Eſſer. 68.) Vom Galimathias und Phöbus einiger deutſchen Poeten. 69.) Geſpräche zwiſchen Romulus und Cartouſche wider die glücklichen Uebelthäter. 70.) Vom guten Geſchmack in der Kleider-Bau-Kunſt. 71.) Regeln der Freundſchaſt. 72.) Von den verſchiedenen Geſichtspunkten, in welchen ein Verliebter, oder ein Ehmann die geliebte Perſon anſchauen. 73.) Moraliſche Zeitungen von ſonderbaren Gewohnheiten unſerer Nachbarn auf den Alpen. 74.) Socratiſches Geſpräche vom Spielen. 75.) Todten Geſpräche zwiſchen Themiſtocles und Diogenes von der Vergnüglichkeit. 76.) Bibliotheck für die Frauensperſonen. 77.) Gefahr derjenigen, die beym Heyrathen allzu eckel ſind. 78.) Vom Säugen der Mütter 79.) Vom Toback-rauchen. 80.) Vom erlaubten Geſpötte. 81.) Socratiſches Geſpräche von der Gefälligkeit zwiſchen Ehleuten. 82.) Todten-Geſpräche zwiſchen Jul. Cæſar und Criſpinus Hilarus von dem Vorzug deſſen, der für die Fortpflanzung des Menſchen-Geſchlechts beſorgt iſt. 83.) Unterſcheid des guten Scherzes von den Poſſen. 84.) Warum die Scherzreden zum Lachen bewegen. 85.) Ob die Kundſchaft der Sächſiſchen Sprache beſondere Vortheile zu einer guten Schreibart mit ſich führe. 86.) Aus Garths Armen-Apotheck. 87.) Vom Heyrathen durch Agenten ein Socratiſches Geſpräche. 88. 89. 90.) Von der Menſchen Neigung zum verbottenen: Erzehlung von der neuen Eva. 91.) Von der Eitelkeit des gelehrten Nachruhms. 92.)

Socra-

Socratiſches Geſpräche von dem wahren Leben. 93.) Von der Sprache der Gebehrden. 94.) Vom Ueberſetzen. 95.) Sonderbare Verfaſſungen auf dem Blocksberge. 96.) Hrn. B . . . Schreiben an eine Perſon, die er heyrathen wollte. 97.) Klagen über die Sächſiſche Sprachrichter. 98.) Von der Satyre und Pasquill. 99.) Ueberlegung wegen einer Dedication. 100.) Von der Undanckbarkeit. 101.] Symboliſche Erzehlung von der Neigung zum Uebertretten. 102.) Fortſezung des 97ſten Artickels. 103.] Das erſte Blatt eines neuen Zuſehers. 104.] Abſchied des Sittenmahlers. 105.] Erſtes Blatt der Mahlerinnen der Sitten.

BERNA. Gravem jacturam fecit Academia Bern. obitu Viri Clariſſimi atque Doctiſſimi, JO. RODOLPHI SALCHLINI, qui nuper demum ad docendam Theologiam elenchticam fuerat admotus: Sed placuit ſupremo Numini eum, quum novum munus vix eſſet auſpicatus in Academiam cœleſtem evocare, ubi nunc abrogata omni Theologia belligerante Theologiæ viſionis operam dabit. Quum olim Profeſſioni Ethico-Græcæ præeſſet, conſcripſit *Obſervationes varias ad varia V. & N. T. loca potiſſimum ex Pindaro deſumtas*, quas ex officina typogr. Illuſtr. Reip. Bernenſis nuper in 4. plag. 43. prodiiſſe jam ſupra memoravi: quibus hoc unum nunc addam, Virum egregie doctum ad hoc ſcribendi genus excitatum fuiſſe exemplis *Eraſmi Schmidii*, *Boſii*, *Elsneri*, *Alberti*, *Raphelii*, *&c.* Ut vero præ ceteris Pindarum autorem ſequeretur, permoviſſe *Flaccii Illyrici* monitum Cl. S. Scr. Part. II. Tract. 5. p. 463. Et miror vero ex toto opere non conſtare, utrum Clariſſ. Viro fuerit cognitum, quantopere M. *Zuinglius* noſter hunc

 Pin-

Pindarum in deliciis habuerit, et quam diſerte ante Flaccium inductis quoque exemplis aſſeruerit, *nullum Græcorum autorum ſic videri prodeſſe ad S. Literarum intellectum*, ac Pindarum: *In Præf. Huldr. Geminii* ad Lingg. Candidatos præfixa Editioni Pindari Coeporino Cratandrinæ, & in *Epiſtola* ejusdem Epilogi loco huic eidem Editioni annexa.

LAUSANNA. Superiore anno hic in lucem exiit: *Synopſeos propheticæ de Meſſia Exercitatio IV.* Ubi præcognita quædam neceſſaria ad Oraculorum divinorum Intelligentiam; Item Rabbinorum variationes de tempore adventus Meſſiæ, cum brevi multorum Pſeudo-Meſſiarum Hiſtoria: quam Præſide Viro Clariſſ. *Abrahamo Ruchat*, S. Theol. Prof. publice defendit *Joh. Gabriel de Illens.* 4. pl. 6.

BASILEA. Apud Rod. im Hoff proſtat Libellus cum hujusmodi Inſcriptione: Das gantze Loos eines wahren Gläubigen, **Geiſt, Seel** und **Leib**; oder Evangeliſcher Erweis, daß ein Wiedergebohrner beſtehe aus Geiſt, Seel und Leib, aufgeſetzt zum beſten deren, die mit Wahrheit ſagen wollen: **Das Loos iſt mir gefallen aufs Liebliche, mir iſt ein herrlich Erbtheil worden.** 1. Theſſ. V: 23. Baſel. 1746. 8. plag. 5. Autor hujus Libelli perhibetur Celeberr. ac pie doctus S. Th. in illuſtr. Acad. Heidelb. Doct. & Prof. primus J. HENRICUS HOTTINGERUS, qui repudiata monſtroſa illa, de tribus Partibus eſſentialibus, quæ omnem hominem conſtituant, opinione; magna argumentorum vi id agit, ut adſtruat, non quemvis hominem, ſed hominem cœlitus renatum, ex tribus his, Spiritu, Anima et Corpore, conſtare; cum irregenitus in condi-

tione

tione ſua naturali ſpectatus nonniſi anima et Corpore conſtet. Argumentatus autem Vir pie doctus pro hac ſua ſententia 1) ex diſertis S. Scripturæ locis, Epiſt. Jud. v. 10. Jac. III: 15. coll. cum v. 4. 10. 11. 12. 20. item 1. Theſſ. V: 23. 1. Cor. II: 14. 15. Hebr. IV: 12. &c. Ex quibus locis conficit πνεῦμα & ψυχὴν, quoties conjunctim occurrant, eſſentialiter diverſa eſſe, & per πνεῦμα in hac oppoſitione ipſum Spiritum S. deſignari. Hanc vero ſuam ſententiam dein magis confirmat ex ratione et conditione ſtatus Integritatis, ſtatus corruptionis, Status denique Renovationis. Et quanquam Conſenſus Doctorum divinis Veritatibus nullum pondus addere valeat, ne tamen ſua novitate ſuſpecta aut exoſa habeatur hæc ſententia, clariſſimorum Virorum *Cocceji*, *Witſii*, *Schoetgenii*, *Lutheri* excitat Teſtimonia, qui idem fere de hoc argumento ſenſiſſe videntur. Et denique quibusdam occurrit objectionibus, quæ in contrarium afferri poſſent, easque multis diluit: Inprimis vero etiam oſtendit, quasdam ex iis rationibus, quæ Fanaticorum de tribus Partibus eſſentialibus in quovis homine doctrinæ oppoſitæ ſunt, ſi quid valerent, etiam huic ſententiæ, quamvis ab altera toto cœlo diverſæ, objici poſſe, eas autem ſimplici fere negatione refelli.

Miror adeoque, qua fronte inter alias quæſtiones, curioſas magis, quam Theologo chriſtiano neceſſarias, Clariſſ. Competitoribus pro vacante Cathedra Theol. Elencht. in illuſt. Bernatum Acad. conſequenda propoſitas, hæc quoque fuerit inſerta pag. 13. n. 5. *Utrum ex duabus, an vero tribus Subſtantiis compoſitus ſit Homo: Quod poſterius vult Scripto nuperrimo Cel. H. H. Theol. Heidelbergenſis?*

Apud Viduam Mechelii prodiit Libellus, qui omnibus iis, quibus meteorologia ſacra, quæ

nonniſi cœcum pietatis affectum parit, faſtidio eſt, & qui ſolidum quid ac ſimplicitate ſua conſpicuum in Religionis exercitiis quærunt, ſatis commendari nequit: Titulus Libri ita habet: Die Pflichten der Tiſchgenoſſen des Herren durch Joh. Friederich Oſterwald, Pfr. bey der Frantzöſiſchen Gemeind in Baſel: Aus dem Frantzöſiſchen überſetzt. 8.

Clariſſimus *Rocquius* apud Viduam Chriſtii II. & III. Tomum Supplementorum ad Lexicon Morerianum, in fol. typis exſcribi curavit.

Hic etiam lucem aſpexerunt Diſſertationes Academicæ ſequentes:

1. *Em. Feſch*, Baſil. Conſiſt. Aſſeſſ. Diſſertatio Juridica de Patria Poteſtate. 4. ap. J. J. Thurneiſ.

2. *Nic. Zindelii* Diſſertatio de morbis ex Caſtitate nimia oriundis. 4. ap. Decker.

3. *Dan. Mitz*, Baſil. Diſſertatio de Libertate Helvetica. 4. ap. Thurniſ.

Huc quoque referri poſſunt:

F. J. *le Mercier* Panegyrique prononcée à Huningue à l'occaſion de la naiſſance du Roi. 4. chez la Veuve Chriſt.

F. J. *le Mercier*, Docteur en Medecine & Medecin du Roi dans l'Hôpital militaire à Huningue, Lettre à Mr. de Marbach Curé du Village neuf, pour ſervir de Reponſe à la Critique, que l'on a faite de ſon Diſcours prononcée à Huningue le 30. Août. 4. Chez la Veuve Chriſt.

Poſt exceſſum Clariſſimi Viri SAM. BATTIERII, pro vacante Cathedra Linguæ græcæ, hæc edita & in publicam Diſputationem propoſita fuerunt variæ Eruditionis Specimina:

1. ANTON. BIRRII, *Philiatr. Baſil.* animadver-

verſionum in B. *Clementis* Epiſtolas ἐπιφυλλίδιον. Kal. Sept. 1744. in 8.

2. J. ULR. WAGNERI, *A. L. M. & Collegii Sup. Sen.* Specimen obſervationum circa Hebraismos N. T. græci. ad d. VIII. Sept. Præmiſſa eſt brevis Epiſtola dedicatoria ad Virum pl. Rever. *Sam. Scheurerum*, Prof. Theol. ap. Bernates.

3. J. JAC. RAMSPECK, *A. L. M. & Med. C.* Meletemata philologica: ad d. XI. Sept. in 4. In his præter grammaticas quasdam obſervationes, quædam ex *Herodoto* & *Diogene Laertio* loca corrupta caſtigantur & emendantur.

4. J. GEORG. ERZBERGER, *S. M. C.* Miſcellaneæ de quibusdam Græcorum Scriptorum Locis Conjecturæ: ad d. XV. Sept. in 4.

5. DAN. MITZII, *Phil. Doct. & J. U. C. Conſiſt. Acad. Aſſeſſ.* Diſſertatio de Studio Linguæ Græcæ cum Jurisprudentia conjungendo: ad d. XVII. Sept. in 4. Laude dignus eſt Viri optimi Candor, qui ingenuam hanc ipſi expreſſit Confeſſionem: *Ingenue confiteor, me in Lingua græca mediocriter eſſe verſatum, imo quaſi rudem exiſtere, nullamque aliam in finem has Theſes conſcripsiſſe, quam ut exercitii diſputatorii anſa mihi detur.* In Prælectione ſua egit Vir optimus de *obſtaculis, quæ ex perverſa hujus Linguæ applicatione ad Legum ſtudium promanant.*

6. J. HENR. BRUCKERI, *A. L. M.* Obſervationes philologicæ circa cauſſas obſcuritatis in Scriptoribus græcis: ad d. XVIII. Sept.

7. JO. ROD. STUPANI, *L. A. M.* & *Med. C.* Obſervationum Homericarum Specimen ſiſtens *Homeri* Ἰλιάδος Ῥαψῳδίαν ά: ad d. XXII. Sept.

8. J. JAC. SPRENG, *Phil. D. P. L. C. nec non Eloq. & Poeſ. Teut. Prof.* conjecturales Animadverſiones in Olympioniacas & Pythionicas *Pind.* ad d. XXV. Sept.

9. J.

9. J. BERNH. MERIAN, *A. L. M.* de Subſidiis, quæ requiruntur ad intelligendum *Homerum* brevis Diatribe: ad d. XXIX. Sept.

10. J. HENR. GERNLERI, *A. L. M.* Diſſertatio, qua difficultates ſtudium L. Gr. comitantes enumerantur, modusque quo levari poſſunt, indicatur: ad d. II. Octobr.

11. LUCÆ RAILLARD, *A. L. M.* Obſervationes quædam philologicæ in *Herodiani* Hiſtor. Libros: ad d. VI. Octobr.

12. J. JAC. BURCARDI, *S. M. C.* Specimen obſervationum philologicarum: ad d. IX. Octobr.

Græca vero iſthæc Provincia ampliſſ. Senatus Acad. Suffragatione ſortito obtigit VIro Clariſſimo atque Eruditiſſimo ANTONIO BIRRIO, Philiatr. Baſil. qui toties jam iniquam Sortitionem expertus erat: qua de re ipſum in Præfamine Speciminis & male ſibi ominantem & cum iniquiore fortuna expoſtulantem audire juvat: *Cum inde a XXX ſupra L ætatis annum, ſortito præmiis identidem excidens, tot fruſtra in Academia patria exantlatis laboribus, & adhuc Fortunæ ludibrio jactatus, nihil æque cuperem, quam ut aliquando ex tam dura arena rude donatus abirem: putabam omnino conſilium meum reprehendi non poſſe, ſi humeros denique, nil profuturo forſan, ut antehac, labori ſubducerem. Satius enim viſum eſt fallaci Fortunæ ſemel cedere, quam credere diutius. Præſertim quum vergens jam ad ſenium ætas, &*

Vitæ ſumma brevis Spem me vetet inchoare longam, *nec ſatis pro decoro ætatis in hac palæſtra jam verſari mihi videar.* Adiit autem V. Cl. novum munus Idib. Martii MDCCXXXXV Prælectione *de Cauſſis neglecti a multis græcæ Linguæ Studii.*

GENEVA. Hic in lucem prodiit narratio ſuccincta ſucceſſus operæ Danorum in promovendis Chriſtianiſmi pomoeriis in India orientali ſub titulo: *NIECAMP Hiſtorie de la Miſſion Danoiſe dans les Indes orientales, traduite de Mr.* de BETHUSI.